

quidem semper, ex explicitu  
 difficilia habita sunt a natu-  
 ra peritis, e nostra autem  
 theoria tam prono nexu pro-  
 fluunt, ut diligentiorē pertra-  
 ctationem abunde merean-  
 tur. In magnetismo primum  
 spontaneo, quem ex actione  
 nuclei terrestri virga ferrea  
 nanciscuntur, differentiā qua-  
 dam observatur, prouti ex-  
 perimento, vel virga ferrea  
 mollis, vel indurata adhibe-  
 tur. Virga enim ex ferro molli  
 constantes, in debito situ deten-  
 ta, multo vividiorem nanciscun-  
 tur magnetismum, quam indu-  
 rata, sic ut experientia teste,  
 magnetismi gradus, rationem  
 dicitur inlegram quodammodo  
 sequatur, et magnetismus  
 generatim, eo debilior sit, quo  
 durior est virga, in virgis au-  
 tem, summo qui produci potest